

tatione ad populum et demum illa finita et percantata processionem huiusmodi continuando ad ecclesiam domus fratrum Praedicatorum et per portam civitatis per ecclesiam s. Petri usque ad dictam ecclesiam s. Thomae redeundo institueretur et fundare intendat, nos cupientes ut Christi fideles eo libentius devotionis causa eidem processioni intersint quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia ac bb. Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis utriusque sexus fidelibus vere poenitentibus et confessis qui eidem processioni intererint et ob memoriam eiusdem sanctissimae passionis ac pro unitate ecclesiae militantis et nostra dictique Georgii animarum salute orationem dominicam et salutationem angelicam quinquies devote dixerint, decem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentiis misericorditer in domino relaxamus. Et nihilominus dilectis filiis moderno et pro tempore existenti praeposito et conventui monasterii per praepositum soliti gubernari eiusdem s. Thomae etiam in Liptz —, ut processionem huiusmodi ad aliquam ipsarum ecclesiarum propter temporis necessitatem expedire ordinare libere et licite valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus, praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem quod si eidem processioni interessentibus vel alias aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, eadem praesentes litterae nullius sint roboris vel momenti. Datum Romae apud s. Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo nono quintodecimo Kal. Martii pontificatus nostri anno septimo.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an roth und gelbseidenen Schnüren.

No. 376. 1509. 1. Aug.

Jacobus Köler Doctor Probst, Martinus Schober Prior, Udalricus Döbeler der h. Schrift Licentiat Senior und das Capitel genehmigen, dass Friedrich Mewrer ihr Belehuter an Severin Fricke, Vormund Bartel Hofmanns gottsel. nachgelassener Kinder Martin und Margaretha Geschwister auf einem Hause vor dem Grimmischen Thore auf dem Steinwege zwischen der Beckmannin und Ludwig Keyzers Vorwerk gelegen und von dem Kloster zu Lehn rührend 3 alte Schock j. Z. für 50 Rhein. Gulden auf einen Wiederkauf verkauft hat unter der Bedingung, dass er innerhalb dreier Jahre die veräußerten Zinse wiederkaufe, event. behält das Kloster die Wiedereinlösung sich vor. Geben — am mitwuchen vincula Petri.

Orig. auf Papier mit dem rückwärts aufgedruckten Siegel des Probsts im Rathsarchiv zu Leipzig.

No. 377. 1511.

Vertrag des Raths mit dem Kloster bei Errichtung der Nicolaischule. (Vgl. Bd. VIII. S. 65.)

Nach Cristi vnsers lieben herren geburt M^oV^o eylff ihar hat eyne erbar radt zew Leyptz an den probst vnd capittel zw s. Thomas gelangen lassen, sy weren willens eyne pedagogium zew bauen vff s. Nicklauskirchoff, szo hette das closter dye custerey do bey, die were bawfel-